Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25974
Copyright: Admont, Benediktinerstift



147

certis eos esse falsos

Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum. sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est ipse intrabit in regnum celorum: Sic igitur dogma necnon cauendi sunt falsi prophete habentes speciem bone uite sic christi econtrario qui cum integre fidei et doctrine sint turpiter mentiunt. Vnde: enim necesse est ut opus sermone, sermo operibus operetur. Lucas. Quid uocatis me domine domine et non facitis que dico. Ac si aliis uerbis diceret. Quid frustra recte confessionis iactatis. qui bonos fructus non ostendit nisi. Hunc apostolus seggatus preceptum christi populis abhypocrita ait. Vera nam aduersus cognoscat. in sermone eorum qui in flatu sunt. sed in uirtute. Ille qui propte dicit domine domine. qui voluntatem sono uocis enuntiat. Secundum hoc ait apostolus. Vere enim dominus ihs dicere et corde credere ore confiteri operibus arestari. Ha unum sine alio negare est.

Multi dicent mihi in illa die. domine domine nonne in nomine tuo prophetauimus. et in nomine tuo demonia eiecimus et in tuo nomine uirtutes multas fecimus. et tunc confitebor illis quia nunquam nouit uos discedite a me qui operamini iniquitatem. In illa die idest in die resurrectionis. Prophetare et demonia eicere. uirtutes facere uitium non est mentis qui operat sed inuocatio nominis christi hoc agit, per consecrationem inuocationem. ut puniatur indigentium. audientium. Nam saul balaam et cayphas prophetauerunt. ne scientes quid dicerent. Magi egyptiorum. moysi resistentes multa miracula fecerunt. et multa alia. Antichristus et multa miracula faciet. Abhis qui max ime cauendum est. Aliquando dis nouit eos quia illos dicit scire quos approbat. Vt illud noui dominus mea uisitor. illos uero nescire quos non approbat in sua dilectione. Non christus qui operam est ne tollere uideret penitentiam. sed qui operamini. hoc est qui in sensu die iudicii licet facultate peccandi non habeatis. tamen affectum habeatis.

Omnis ergo qui audit iuba hec et facit ea assimilabitur uiro sapienti qui edificauit domum suam super petram et descendit pluuia. et uenerunt flumina. inflauerunt uenti. irruerunt in domum illam. non cecidit. fundata enim erat super petram. He cum operatis iniqua tis discedatis ame qui audit iuba mea et facit. Nam omnis qui audit et fac

ps. cxiii. et cxlvi.
1
1
1